

Fortis armatus

Fortis armatus custodit atriū suū. **Luc. xj.** Juxta motuum thematis in p̄senti s̄mone intēdo p̄dicare de bello campali ⁊ generali qđ p̄ls habet cū demōibus in isto sacro tpe. xl. Sed p̄mo salutē virgo maria. ⁊c. Fortis armatus. ⁊c. ¶ Pro cui⁹ verbi declaratiōe ⁊ materie p̄dicande in introductione. vos debet cogitare qđ hoc sanctū s̄ps. xl. est quasi quedā platea siue cāpus belli in quo fideles christiani faciūt bellū generale cōtra demones ⁊ cōtra temptatiōes eorū. ⁊ est bellum generale. quia licet p̄sone deuote oī tempe vite sue sint in bello cōtra demones. cōtra dicendo eorū temptatiōibus ⁊ peccatis. tñ illō bellum est singulare siue p̄ticulare. Sed modo ē bellū generale totius p̄li xp̄iani. Ideo sicut milites qñ intrans bellum. animant ⁊ confortant dicendo. Sitis fortes ⁊c. Sic sacra scriptura cōfortans nos dī. Cōfortamini in dño. ⁊ in potētia virtutis eius ⁊ induite vos armatura dei. vt possit stare aduersus insidias diaboli: qm̄ nō est vobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē. sed aduersus p̄ucipes ⁊ p̄tates aduersus mūdi rectores ⁊ nebrarū harū contra spiritalia neq̄tie in celestib⁹ p̄pterea accipite armaturā dei vt possitis resistere in die malo ⁊ in omnibus p̄fecti stare. **Eph. vj.** ¶ Nota quō p̄ncipes tenebrarū sunt potentes malitiosi ⁊ deceptiui. Ideo scā mater ecclesia armat nos de tribus armis valde nobis necessarijs in hoc p̄lio. Primo de scuto ad custodiendū corpus. quia in hoc p̄lio sagitte currūt hinc inde. hoc scutū est ieiunium corpale quod custodit totum corpus. hoc scuto armavit nos sancta mat̄ ecclesia dñica p̄ma. xl. exemplo xp̄i qui ieiunauit ⁊c. Autoritas. Scuto circūdabit te vitas ei⁹ p̄s. xc. Secō armavit nos i capite pileo ferreo siue galea que est oratio sp̄ialis que cōsistit in capite p̄ncipaliter dñica scōa. xl. exemplo orationis chanaanee. In scō euāgelio hodie armat nos de armis. scz inualuis. s. lancea que est confessio sacramentalis qua demones vulnerent. hac lancea nos armat exemplo hui⁹ muti de quo loquit̄ euāgelium cui⁹ lingua tenebat̄ a demone ligata sed xp̄s soluit eam. erat iesus eiciens demoniū ⁊ illud erat mutum. s. effectue. ⁊ cum eiecisset de montū locutus ē mutus. ecce ordinatio m̄ris ecclēsie facta. s. armis de ieiunio corpali. de oratiōe sp̄iali. de confessione sacramentali. hoc modo populus xp̄ianus optime armat⁹ intrat p̄lium campale. ⁊ pōt bñ custodire suam plateā. s. sanctaz q̄ dragēsīmā. hoc dicit thema p̄positū. Fortis armatus. s. p̄ls xp̄ianus custodit atriū suū. Cogitant̄ mihi quō possem vobis h bellū declarare: occurrit mihi memoriū Gegetij dere militari q̄ dicit ex in bello regali bñ ordinato ⁊ regulato sūt septem differētie pugnatorū. s. exploratores. ba-

listarij tibicine. vexilliferi. equestres. pedestres ⁊ vectores. omnes istas septē differētas pugnatorū inuenio in bello p̄li xp̄iani cui⁹ caput ē rex xp̄us cōtra demones. quorū rex est lucifer. Iō mō qñ declarabo dictas septē d̄ras q̄libet videat de se in quo gradu seu differētia est. quia nisi sit in aliq̄ istarū differētiarū nō est de pte regis xp̄i. sed est de pte regis demonū. s. luciferi. Ideo auiset ⁊c. ¶ Prima differētia pugnatorū que est in bello regali est illorum qui dicunt̄ exploratores qui eq̄tant velo iter. Isti discoopiunt cognitiōes seu insidias inimicorū currendo. discurrendo montes colles valles ⁊ torrētes ad videndū si est ibi aliq̄ tela siue cogitatio inimicorū. etiā in bello regali xp̄i sunt cursores exploratores. hi sunt p̄sone cōtemplatiue que spiritu discurrent montes ⁊ templādo celum empireū. gloriā dei ordinatiōes angelorum. beatitudinē quā deus p̄mittit suis. et sic inflāmant̄ ad bellandū. deinde descendūt ad torrentem inferni ⁊ cōtemplando penā damnatorū durā aspaz ⁊ eternā. Deinde discurrūt ad caput mundi cōtemplando creatiōē ⁊ p̄ncipiū mundi quō deus de nihilo cūcta creauit. ⁊ sic attendūt diuinā potētiā. Deinde discurrūt vsq̄ ad finē mūdi. cōtemplando finē mūdi diē iudicij terribilem ⁊ diuinā iusticiam. Deinde discurrūt ad dē x̄rū cōtemplando p̄speritatem hui⁹ mundi. ⁊ vident qđ nō sunt nisi funes ⁊ laquei. Et ideo ipsas despiciunt. Deinde ad sinistrū aduersitates h⁹ mundi patiēter sustinēdo cōsiderādo qđ sunt meritoze si humanē patiēter. Deinde ⁊templando diuinā p̄uidētiā qualiter totū mūdū gubernat ⁊ regit ⁊ p̄uidet omnibus creaturis. Deinde cōtemplat̄ mons temptatiōis demonum quō diabolus facit capit̄ l̄atos p̄ supbiā. diuites p̄ auariciā. paupes p̄ impatientiā ⁊c. qui in isto sancto tempe sic cōtemplat̄. sunt in p̄mo ḡdu seu differentia pugnatorū. de quib⁹ dicit propheta. Qui sperant in dño mutabunt fortitudinē assumēt pennas vt aquile. current ⁊ nō laborabunt ambulabunt ⁊ nō deficient. **Esa. xl.** Nota qđ sperant in dño. s. cōtemplatiui qui magis sperat̄ in dño q̄ in alio quocūq̄. mutabunt fortitudinē qz ⁊templatiui fortitudinē corpale mutāt̄ fortitudinē sp̄iale qz qñ sūt debiliores corpe meli⁹ cōtemplat̄ sic mutat̄ fortitudo corpalis in fortitudinē sp̄is Tertio assument̄ pennas vt aquile que volāt̄ alticius ceteris auibus. Due penne sunt lectio ⁊ auditio. qñ legendō ⁊ audiendō p̄sona venit ad cōtemplandum. istis pennis sp̄itus eleuat̄ in celū ⁊ descendit in infernū. Quarto dicit curret ⁊ nō laborabunt. curret scz de capite mundi vsq̄ ad finem cōtemplando initiū ⁊ finē mūdi. Quinto dicit ambulabunt ⁊ nō deficient secus de multis q̄ ambulat̄ p̄ mūdū corpaliiter pegrinādo qđ deficient grauit̄ peccādo. Sz q̄ ambulat̄ spiritu nō deficient. ¶ Nota qđ hoīes aliq̄ vadūt ad pegrinā

*Infra Sermo tenig. de dñm (p̄la p̄) ⁊ inueniunt̄ p̄sentes vñ p̄sentes
| Etā p̄mo xp̄ianus abdit*

Domínica Oculi

flones boni ⁊ redeunt mali ⁊ multe virgines vadunt ad sanctum Jacobum que redeunt meretricibus. vt patuit in anno tubileo de euntibus romā ⁊ dormientibus in paleis. Item de duab⁹ viduis valentie euntibus ad sanctū Jacobum. Sed qui ambulat spiritu cōreplando eundo in bethleem partum virginis. Deinde hierusalem non deficient peccando. Isto modo eadem die ire potestis rhomam hierusalem ⁊ ad sanctū Jacobū Ideo apostolus cōcordans cū ppheta dicit Spiritu ambulate nō corpore ⁊ desideria carnis non perficietis. Galathas. v. **M**ultum noceat perlonis deuotis ire corpuliter. **S**ecūdus grad⁹ seu differentia pugnatorū in bello regis sunt balistarū qui sunt necessarij ad damnificandum inimicos. vt ait **V**egeti⁹ de re militari anteq̄ se misceant. Sic in bello christi ⁊ populi christiani balistarū sagittantes sunt actiui in opibus misericordie. Nam quodlibet opus misericordie est sagitta venenata qua vulnerat hostis crudeliter. **I**do qui modo facit elemosynas sagittat diabolū crumdeliter. Nota quō in balista sunt tria. scz lignum rectum arcus ⁊ corda. Sic hec tria sunt necessaria in elemosyna si debeat esse meritoria. **P**rimo lignū rectū. id est. intentio recta. vt scz elemosyna fiat ppter honorē dei ⁊ consolationē pximi ⁊ nō ppter vanam gloriā. Ideo christus dicit. Te autē faciente elemosynam nesciat sinistra manus tua scz intentio mala vane glorie vel hypocrisis quid faciat dextera tua. s. intentio recta. **M**at. vj. **S**ecundo necessarius est arcus curuus. id est compassio cordis erga proximū paupem sic cogitando. **I**ste est paup ego sum diues. ego sum indutus iste nudus. ego suz sanus iste infirm⁹. ego habeo domum iste nō habet. ⁊ sic cogitando miserias pauperū ⁊ dicendo. ita posset mihi accidere. **C**or inclinat̄ ad compatiendū ⁊ ad dandum. **U**nde in elemosyna nō requirit̄ solum recta intentio sed etiam cordis compassio. Ita faciebat ille sanctus **J**ob. s. xxx. **F**lebā quondā sup eū qui afflictus erat ⁊ cōpatiebat̄ animam ea paup. **C**or da vero qua sagitta impellit̄ est pceptum dei de misericordia dicens. **M**isericordiam volo ⁊ nō sacrificium. **M**atth. ix. ⁊ **O**see. vj. **C**ontra h faciant vsurarū qui magis volunt. s. sacrificium cellarum ⁊ c. q̄ misericordiarum. s. restitutionis ⁊ elemosynarū. **D**e⁹ tñ dicit oppositum. **M**isericordiam volo ⁊ nō sacrificiū. **E**t tu balistarie vide cui das elemosynam nō ribaldis nō histrionibus sed indigētib⁹. **T**alis sagitta elemosyne vulnerat diabolū **D**auīd. **S**agitte potentis. id est diuitis. acute quia penetrant omnia arma diaboli. cuz carbonibus desolatorijs. id est. ardentib⁹ dando elemosynam. **E**t diabolus clamat dicēs. **H**eu mihi. **P**s. cix. **T**ertia differentia pugnatorum in bello regis sunt tubicine. **N**ume. x. **L**egi

tur quod deus pcepit **M**oyse q̄ quādo popul⁹ intraret bellum q̄ faceret duas tubas argenteas ductiles quibus cōuocare posset multitudinē q̄ necessarie sint in bello. **R**atio. quia multum mouent corda ⁊ sanguinē hominū ⁊ equorum ⁊ animant ad plūm. Sic in bello regis christi ⁊ populi christiani. tubicine sint predicatorēs scz omnes illi qui habent officium pdicandi. **N**ō quō tempore **M**oyse homines armorū erant. vj. c. milia deus fecit solum facere duas tubas. quia predicatorēs debent solum habere duas tubas. s. nouum ⁊ vetus testamentum ⁊ argenteas pp̄ puritatem predicationis que non debet fieri intentione praua. **D**auīd. **E**loquia dñi eloq̄a casta argentum igne examinātū ⁊ c. **N**ō quō tuba est diuisa p ptes diuersas vel distinctiōes. ⁊ etiā partes sunt coniūcte ⁊ colligate diuersimode. sic predicatione debet esse non omelia. quia nō faceret ita gratum sonum sed esse debet diuisa p ptes distinctiōis coniunctas ⁊ colligatas in bona ordinatione. **I**deo **D**auīd ps. lxxv. in psona predicatoris dicebat deo. **R**eddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea. **V**ota sunt studia sancta q̄ gratis debent reddi. **S**ecūdo tuba ē in principio stricta ⁊ in fine lata seu ampla in ore. Sic predicator debet se restringere q̄tum ad materiam vt sit omnibus vtilis dimissis his que impediunt predicationem. **S**ed ampla ⁊ lata debet esse predicatione quia toti populo est fienda. **I**deo dicit scriptura sacra predicatori. bibe aquam de cisterna tua et fluenta putei tui. deriuent̄ fontes tui foras et in plateis aquas tuas diuide. **P**rouerb. v. cap. **C**isterna dicit̄ scriptura veteris testamenti cōtinēs in se aquā mortuam quia non dat vitam. fluenta putei sunt scripture noui testamenti. **T**ertio tuba nō debet tangi solo ore sed manibus etiam tangi. Sic predicator quod alijs pdicat ore ipse manibus tangat. id est op̄ e faciat. **S**i predicat alijs virtutem humilitatis q̄ ipse non sit supbus. **S**i misericordiam ⁊ liberalitatem q̄ ipse nō sit auar⁹. **S**i castitatē q̄ ipse nō sit luxuriosus ⁊ c. Ita faciebat ille magnus predicator apostolus **P**aul⁹ q̄ dixit. **N**on audeo aliquid loqui eorum. que per me nō efficit̄ xp̄us in verbo ⁊ factis. ad **R**ho. xv. **C**uilibet ergo predicatori dic̄ dñs. **C**lama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam. annuncia populo meo scelera eorum. **E**t d̄ omni **J**acob peccata eorum. **E**sa. lviij. **Q**uarta differentia pugnatorum sunt vexilliferi qui sunt necessarij vt quilibet sciat vbi sit capitaneus suus. **I**deo **N**umeri ij. pcepit deus q̄ essent tot vexilla. quot erāt capitanei quādo ibant ad bellum. **S**ic in bello regis christi ⁊ populi christiani vexilliferi sunt penitentes ⁊ abstinentiam facientes. **V**exillus xp̄i est penitentia quod habuit in tota vita sua intantum q̄ reputabat̄ a iudeis. l. annorum cū non ha

beret nisi. xxxij. ppter penitentiam. **Joh. viij.**
Ideo qui modo dimittunt vanitates ornamen-
 torum caudarum manicarum quod est vexillum
 diaboli. et vadunt humiliter. tales portant vexil-
 lum christi. Quilibet talis potest dicere cum apostolo
**Ego stigmata domini iesu christi in corpore meo por-
 to. Gal. vlti.** hoc signum petebat **Dauid** dicens
**Fac mecum signum in bono ut videant qui me ode-
 runt et confundantur quonia tu domine adiuuisti me et
 solatus es me. Ps. lxxxv. 22.** Non signum scilicet humi-
 litatis. quia ego fui superbus. et sic de alijs. Non con-
 tra mulieres ornantes se que ponunt sibi signum dia-
 boli. **Dauid.** posuerunt signa sua scilicet diaboli si-
 gna. non cognouerunt scilicet nunc que essent signa di-
 aboli. sicut in exitu supple cognoscent. quando ani-
 ma erit de corpore. quia tunc omnes ille vanitates
 apparebunt in facie anime. **I**deo dimittatis ipsas
 modo et tenete consilium apostoli. **ij. Corinth. iij.**
Semp mortificationem iesu christi in corpore no-
 stro circumferentes. ut et vita iesu manifestetur in
 corporibus nostris. **Quinta** differentia pugnato-
 rum sunt equestres scilicet hominum equorum per trans-
 uersum ad designandum prelium inimicorum ve-
 nientium totaliter compacte. **Sic** in bello christi
 in inuicem compacti. milites sunt virgines. **Ra-
 tio.** quia sicut se habet miles ad equum sic se ha-
 bet spiritus vel anima erga corpus. quia spiritus est
 miles. cuius corpus est equus. **Autoritas.** **Equi-
 eorum.** id est. hominum caro et non spiritus. **Esa.
 xxxj.** Sicut enim militibus qui bene volunt re-
 gere equum suum sunt duo necessaria. scilicet frenus
 et calcaria. **I**ta homo qui bene vult regere corp-
 suum indiget freno. scilicet abstinentie cibi et potus. p-
 pterea ad hoc abstinemus modo ieiunando. **22.**
Quis frena in ore mittimus ad consentiendum
 nobis et omne corpus illorum circumferimus. **Fac.
 iij.** Et loquitur de corporibus. quia apostoli non
 ibant equitando. **Calcaria** sunt amor saluationis
 de pede dextro. et timor damnationis de pede si-
 nistro. **I**deo si equus. id est. corpus sit minus pi-
 ger ad bene operandum debet pungi calcaribus
 dextro dicendo. **Si** modo facis et cetera. quiesces
 in gloria. vel de sinistro dicendo. **Si** non facis peni-
 tentiam in hoc mundo facis in inferno. **Qui** time-
 tis dominum credite illi et non euacuabitur mer-
 ces vestra. **Ecce** de sinistro pede. **Ibidem.** qui ti-
 metis dominum diligite illum. **Ecce** de pede de-
 xtro. **Eccl. ij. cap.** **Personae** ergo virgines vadunt
 equitando. quia nunquam ceciderunt de equo corpo-
 ris per luxuriam in immundiciam voluntariam.
Sed paucas virgines habet christus in suo bel-
 lo ubi est religiosus virgo vel sacerdos. **22.** **No-
 ta** de diabolo dicente se non exire de corpore cuius
 dam nisi dicerentur tres mille a tribus presbyte-
 ris virginibus. **Apocal. iij. cap.** **Habes** pauca no-
 mina in sardis. quod interpretatur pulchritudo

principatus. **Nota** tres sunt gradus pulchritu-
 dinis. **Primus** est castitas conjugalis. **Secundus**
 continentia vidualis. **Tertius** puritas virginalis
Beda. **Bona** est castitas conjugalis. melior con-
 tinentia vidualis. optima puritas virginalis.
Ideo christus plangendo dicit. **Habes** pauca no-
 mina in sardis. id est. in pulchritudine principa-
 tus. **Apocal. xix. cap.** **Vidi** celum apertum et ec-
 ce equus albus et qui sedebat super eum vocabatur
 fidelis et verax et cum iusticia iudicat et pug-
 nat. **Oculi** autem eius sicut flamma ignis et in ca-
 pite eius diademata multa habens nomen scri-
 etum quod nemo nouit nisi ipse et vestitus erat ve-
 ste aspersa sanguine et vocabatur nomen eius ver-
 bum dei. **Et** exercitus qui sunt in celo sequeban-
 tur eum in equis albis vestiti byssino albo et mu-
 do de ore eius procedebat gladius ab utraque parte
 acutus ut in ipso percutiat gentes. **22.** **Tempore**
 carnali est celum clausum propter peccata. **6** mo-
 do aperitur per penitentiam. et ecce equus alb-
 us. id est corpus christi. **Nota** fidelis scilicet complens
 quod promittit et verax attendens quod mina-
 tur et exercit- .i. ecclesia sequebatur eum. **Sexta**
 differentia pugnatorum sunt pedestres qui va-
 dunt cum magno labore cum scuto et lancea. **Sic**
 etiam in bello christi et populi christiani pedestres
 sunt persone continentis que ceciderunt de equo
 quia perdita virginitas non potest recuperari.
Ideo oportet ire pedester. **Secus** de bello rega-
 li quando miles cadit de equo potest iterum equi-
 tare. **22.** **Sed** christus nunquam fecit nec faciet imo
 nec potest facere. quia implicat contradictionem
 scilicet que gustauerit. **22.** et que virgo que fuit corru-
 pta non fuerit corrupta. ut dicit sanctus **Thomas**
 prima parte. questione vicefima quinta. articulo
 quarto. **Addit** tamen idem sanctus **Thomas** in
 eodem articulo in solutione ad tertium. que omne
 corruptionem mentis et corporis deus auferre po-
 test a muliere corrupta. hoc tamen ab ea remoue-
 ri non poterit que corrupta non fuerit. **Quod** et p-
 beatum **Hieronimum** confirmat qui dicit. que cum
 deus omnia possit non potest facere de corrupta
 non corruptam. id est. que corrupta non fuerit qua-
 re et si ignoscat penitenti. tamen non vult coro-
 nare corruptam. ergo qui cadit de equo faciat bel-
 lum pedester faciendo penitentiam. **Iuxta** illud
 ad **Ephes. vj.** **Accipite** armaturam dei scilicet pe-
 nitentiam ut possitis resistere in die malo et in om-
 nibus perfecte stare. **State** ergo succincti lum-
 bos vestros in veritate et induti loriceam iusticie
 et calciati pedes in preparatione euangelij pa-
 cis. **In** omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis
 omnia tela nequissimi ignea extinguere. **22.** **Non** h-
 quomodo iugati dominus viuere faciendo sibi fidelitatem nutrien-
 do ples. **Et** quomodo vidue que nullum habent im-

pedimentum quin possent facere penitentiam. Septima differentia pugnatorum illorum. sunt victores qui portant victualia arma et medicinas. Sicut in bello christi sunt prelati ecclesie et ecclesiastici qui habent curam animarum qui portant arma. Ideo si aliquis in bello perdit scutum ieiunij. ecclesiastici debent sibi dare scutum animam do ipsum ad ieiunandum vbo et exemplo. Idem de pileo ferreo orationis et de lancea confessionis. Item portant medicinas sacramentorum. unde vulnerato ex supbia apponit stupam humilitatis. Idem de alijs reuertantini ad plium. Item portant victualia scilicet cibum et potum. scilicet corpus et sanguinem christi et dant debilibus et fessis. Quibus dicit christus. pascite eum qui in nobis est grebem christi dei. scilicet. psalmus. v. Ecce quare dicit thema. Fortis armatus scilicet plus christianus custodit atrium suum scilicet bonam vitam et penitentiam. Et isto modo faciendo habebitis coronam in paradiso. Ecce ergo bellum nostrum ordinatum et quomodo poterimus perfidere de victoria. Deo gratias.

Dominica tertia quadragesima. Sermo secundus.

Extollens vocem quedam mulier de turba. Luc. xj. Verbum istud ad litteram intelligit de quadam muliere deuota christo iesu. Sed ego uolo aliter declarare verbum istud. et faciam duos tractatus. Primus. scilicet. que est vox ista quam mulier leuauit. Secundo. quomodo leuauit istam vocem. Ista mulier est ecclesia et probo per rationem. quia omnia naturalia que habet mulier habet ecclesia videlicet concipere parere lactare etc. Primo habet officium concipiendi pueros de sponso suo qui est iesus christus. et quis est venter ecclesie est fons baptismatis et sic concipit in utero et ex ea nascit. Secundum officium est nutrire. Ecclesia nutrit nescios christianos. Unde Paulus in persona ecclesie. Tanquam puulus lac vobis potum dedi in christo non escam. scilicet. Cor. iij. Sancta mater ecclesia habet duas mamillas. Dextera est nouum testamentum. sinistra est antiquum. et cum ista nutrit christianos bonis doctrinis. Secundo tractat quomodo mulier leuauit vocem. Dico quod fecit in collectione ecclesiasticorum sacramentorum. Nam in quolibet sacramento ecclesie est necessaria vox verbalis. alias non esset sacramentum. de hoc habemus prophetiam. psalmus. xxviii. Vox domini super aquas etc. vbi ponit septem vicibus vox domini. vbi notat septem sacramenta ecclesiastica. Primum est baptismus. vox domini super aquas. Secundum est confirmatio. vox domini in vultu. Tertium est eucharistia. vox domini in magnificentia. Quartum est penitentia. vox domini confringentis cedros. Quintum est matrimonium. vox domini itercedentis flammam etc. Sextum est ordo. vox domini cocuictis desertum etc. Septimum est extrema unctio. vox domini proparans ceruos etc. Ecce sacramentum

septem. Sicut enim in christo sunt verbum patris eternum et materia corporis. sic in quolibet sacramento sunt duo verbum. scilicet. et materia. Unde Augustinus. Accedit verbum ad elementum et fit sacramentum. Unde David dicebat quod vox domini debebat venire super aquas. et iterum in magnificentia etc. Prima vox est vox domini super aquas. ecce baptismus. vox domini est forma. scilicet. ego baptizo te in nomine patris et filij etc. nec aliquid diminuendum neque addendum nec mutandum est que de celo et a christo portata est. ergo mulieres que baptisant bene attendere debent quia periculum est. Nota exemplum de quodam magistro in theologia qui cum predicasset et descendisset de cathedra. venit quedam vetula ad eum et accepit manum illius osculando dicebat. benedicta dies in qua baptisauit vos in nomine sancte trinitatis et beate marie et omnium angelorum. Dicit ille magister. ego non sum baptisatus et fecit se baptisari. idem non mutetis vocem istam quam docuit suos discipulos christus dicens. Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes baptisantes eos. in nomine patris et filij et spiritus sancti. Mar. xlii. Nota que re dicit. vox domini super aquas. et non dicit ante aquas nec retro aquas. Attendat hic presbyteri quod vox fiat super aquas videlicet quod non proferat vocem verborum forme antequam infundatur aqua. sed simul proferendo verba sacramentalia aqua debet infundi vel baptisandus immergi. quia si primo dicantur verba et post infundatur aqua tunc vox domini erit ante aquas. et econuerso si primo infundatur aqua et post dicantur verba. tunc erit vox domini post aquas tunc est verum sacramentum si prius vel posterius fiat. sed tantum posset tardari vel anticipari quod nihil valeret. quia verba et aqua debent esse simul iuncta. Unde sicut si anima hominis sit ab vna parte et corpus ab alia non est homo. Ita si dicantur verba baptismi. ante vel post est periculum. idem materia scilicet aqua et forma scilicet verba debent iungi ut sit verus baptismus. Unde christus Johis. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. non dicitur ex aquis. Vox domini super aquas in plurali. Nam certum est quod baptismus non potest dari nisi in vna specie aque scilicet naturali quia non potest dari in aqua artificiali sicut in aqua ardenti. vel rosacea. quare ergo dicitur hic super aquas. Item forma non est nisi vna. ergo nec materia. Unde confiteor vnum baptismum. Responsio. due sunt rationes. vna est litteralis alia moralis. Litteralis est. quia fuerunt aliqui heretici qui dixerunt quod baptismus non valebat nisi in aqua fluminis iordanis. Ideo David ad ostendendum quod non solum in aquis fluminis potest fieri baptismus sed in omnibus aquis naturalibus. Ideo dicitur aquas in plurali. Cui concordat Beda dicens. venit christus ad aquas ut tactu sue mundissime carnis virtutem regenerationis tribueret aquis omnibus scilicet aquis naturalibus. Secunda ratio quare dicitur super